



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Richardus Epis. S. Burgundofora Ab. SS. Agape & Chonia MM. 3. Apr.


**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

1. S. Richardus Epis. Anglus, ex hu-  
mili fortuna, adeo ut communi cum  
alio pallio vti debuerit, quo honeste  
inuiseret scholas, & fratrem extulit  
ope, & se virtute ad fastigium. In hoc  
non immemor sui, ornamenta aurea  
&c. pauperibus Christi erogavit, di-  
ctans se patro more fructibus posse  
cænare. placuit Deo animi conserva-  
ta demissio, & dedit ei , ut uno pane  
aliquando mille homines satiaret.  
Mortuus est in S. Crucis complexu  
A. 1245.

2. S. Burgundofora Abbatissa Deo  
deuotarum Virginū & fundauit & rex-  
it religiosissimè Monasterū His de-  
mū ad cælos præmissis, ipsa successit.

3. SS. MM. Agape & Chionia sub  
Diocletiano Imp. quod nollent Chri-  
stum negare, primò in carcere mace-  
ratæ, postea in ignem missæ, sed à flā..  
mis intactæ, oratione ad Dominum  
fusa, animas ei reddiderunt.

Richardus Epis. S. Burgundofora Ab<sup>o</sup>  
SS Agape & Chienia MM. a Ap<sup>t</sup>.



Paupertas volunt.

Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia, Salomon.

Da quæsumus omnipotens Deus,  
ut B. Richardi conf tui atque Pont (B.  
Burgundoforæ BB. MM. Agapis & Chi-  
oniæ) veneranda solemnitas, & devo-  
tionem nobis augeat & salutem, Per  
D.N.I.Chr.&c.

Ora pro Regnis septentrionalibus, &c